

FAVENTE DEI GRATIA &
AVXILIO
DISPUTATIO THEOLOGICA

QVÆ EST

De

SATISFACTIONIBVS
PROPRIIS PRO POENIS
TEMPORALIBVS REMISSÆ
CULPÆ IN HAC VITA

Opposita Pontificiorum intolerandis erroribus
& infinitis doctrinæ incommodis.

PRESIDE

Viro plurimum Reverendo, Clarissimo
& Excellentissimo


Dn. JOHANNES BEHM S.S.
Theolog. D. Ejusdemq; In Illustris.
Academiâ Regiomontanâ Professore Seniore
Celeberrimo, Sambiensis Consistorii Assessore & Aulæ
Electoral. Brandenb. Ecclesiastæ primario, & pro t. Theol;
Fac. Spect. Decano Dn. Præceptore & Promotore
suo reverenter colendo.

RESPONDENTE

M. EILHARDO MENCKENIO
Oldenburgensi Frisio.

publicè habebitur

Die 8 Novembris horis, locoque solitis.



Typis

LAURENTII SEGEBADII,
M. DC. XXXV.

In v. 170

~~295/54~~



264031

Viris Reverendo, Consultissimo, Clarissimis & Prestantissimis

**Dn. M. PETRO DRE-
JERO ECCLESIAE LUBECENSIS**
Jacobæ Archidiacono Beneme-
rito & Vigilantissimo.

Dn. HENRICO SAFFIO
Jcto Inclytæ Lubecæ eximio.

**Dn. M. HENRICO
LEMMICHIO SS. Theolog. Cul-
tori Solertissimo, & Can-
didissimo.**

*Dn. Amicis, Fautoribus & Benefactoribus
suis honorificè Dilectissimis & Suavissimis. in
debiti, memorūq. animi observantiam sub-
missè & officiosè.*

Theses Hasce exiguas dedicat & offert.

M. Eilhardus Menckenius.

I.

SI articulus aliquis fidei inter Orthodoxos & Pontificios controversatur summus, non minimus putatur esse ille, qui est de Satisfactionibus propriis pro Remissione peccatorum, eorumq; pœnis. Quam periculosi exinde tanquam ex Venenato fonte promanant rivi, satis superq; mirari, nedum detestari possumus, quippe quod hæc doctrina Sanctissimo merito Salvatoris nostri Jesu Christi, non minimam detrahit partem, Hominemq; corruptum, ejusq; opera, viresq; naturâ perditas intantum extollit, quasi supra modum possimus coram Deo consistere propriis actionibus, meritis, satisfactionibus & inde remissionem peccatorum, justitiam & gratiam consequi salutarem. Operæ ergò pretium videtur esse, ut de hoc articulo certitudinem & veritatem inquiramus sedulò, cui conscientia illibata inniti & contra adversariorum strophas, intricatas Sophisticationes & virulentæ amaræ manifestationes constare & conservari queamus.

2. Quamvis verò à Pontificiis pluribus & Eminentibus, hic articulus acriter, Zelos gravissimo pro confirmandis suis erroneis hypothefibus & consequentiis per Systemata varia sit in disceptationem conscriptus; habuit tamen Veritas Orthodoxa suos vindices, quorum Authorum & Doctorum Utriusq; partis testimonia & nomina recensere subjectæ materiz succineta brevitatis non permittit. Quocirca relictis ijs, contra Bellarminum pau-

cas ponimus theses, quas ad dogma suum de satisfactione, quæ continetur l. 4. de pœnit. tom. 3. Controversi. destruendum relatas volumus.

3. *Quanto dissensu Pontificii Satisfactionem describant. Scholasticorum caterva satis superq̄ demonstrat ex sententiarum divortiiis.* 1. *Quidam Satisfactiones dirigunt ad remissionem culpa & pœna aterna ut Thom. p. 3. q. 49. art. 3. Scotus 4. Scut. dist. 16. q. 2. sic etiam apud ipsum Bellarminum c. 1. l. 4. de pœnit. §. Docet, adducitur pro hâc sententiâ Tapperus in explic. art. 6. Lovan. Vega l. 13. in Concil. Trid. c. 36. Cajetan. de Contrit. q. 4. 2. *Quidam extendunt illas ad pœnam temporalem remissâ culpâ & pœnâ aternâ ut Bonav. 4. sent. dist. 15. q. 2. quem sequitur Bellarminus l. 4. de pœn. c. 13. §. vlt. 3. *Quidam ajunt virtute Clavium pœnam aternam transmutari in temporalem pœnam, quæ postea satisfactionibus redimi debeat, sic Bellarminus l. 4. de Pœnit. c. 7. §. Accedit præterea & c. 12. §. alterum autem, Monachos, & Scholasticos dicere conficitur. 4. *Quidam pro culpa ab homine peccatore satisfieri non posse asserunt ut Bellarminus l. 4. de pœnit. c. 1. §. jam igitur, ait Non igitur fieri potest, ut pro instauranda amicitia cum Deo homines satisficiant & hoc est quod Theologi communiter docent satisfactionem non offerri Deo, neq̄ exigi ab hominibus pro culpa, gratis enim à culpa justificat Deus, gratis amicitiam suam restituit. *At alij etiam ad culpam remittunt, è quorum numero est Alenstaig, quando satisfactionem sic definiunt, esse eam operationem exteriorem laboriosam, seu pœnalem voluntariè assumptam ad puniendum peccatum commissum à se, & ad placandam divinam offensam. Sic Gregor. de Valentia: Hæc compensatio, inquit, quæ satisfactione fit, non tantum habet respectum ad pœnam illam exsolvendam, sed ad nonnullam etiam offensam & iram DEi, quæ per hujusmodi compensatio-*****

nem averi debet. Sic Antonidus part. 3. tit. 14. c. 20.
Sommul. Concil. Trident. sess. 14. c. 8 §. divinam cle-
mentiam decet &c. Nec ipse Bellarminus diffiteri potest,
dum aut fluctuaret in hac parte sibi aperte contradicis lib. 4.
de pœnit. c. 12. §. Quamvis autem, confer. c. 14. §. ad
hanc & l. 2. de pœnit. c. 12. §. Nunc Pontificij pœnam
aeternam concedunt gratis dimitti nulla postulata satisfactio-
Bellarm. l. 4. de pœnit. c. 1. §. quod si probatum fue-
rit. Bunderius art. 7. ubi ait: nunquam vei somniantur
Theologi pœnas æternas compensari nostris satisfactio-
nibus. Nunc per contritionem remitti peccata iram Dei pla-
cari, misericordiam acquiri promerendo, Deoq; satisfieri as-
serunt, Bellarminus l. 2. de pœn. c. 12. §. Habemus.
7. Quidam dicunt opera, per quæ Deo satisfieri possit non de-
bere esse debita ut Thom. Durandus, Paludanus & alii in 4.
dist. 15. alii opera satisfactoria posse esse debita, ut Adria-
nus in tract. de pœnit. & Cajetanus quæst. 1. de sa-
tisf. teste ipso Bellarm. l. 4. de pœnit. c. 13. §. adde.
8. Quidam dicunt consentem, si satisfactioes suscipere recu-
ser non peccare, ut Scotus Gabriel Biel, alij ut Magister Sen-
tentiarum, Thomas, Richardus, Durandus, Paludanus
&c. in 4. dist. 16. vel 18. omninò contendunt talem recu-
santem ipsi DEO resistere teste eodem Bellarm. l. 4. de
pœnit. c. 13. §. Respondeo neutra; Suam v. judicium Bellar-
minus interponit §. Altera verò, non se novo cum obstringere
peccato, qui non plene satisfaciatur, in terris pro pœna temporali.
reliquas enim reservari in purgatorium. 9. Quidam dicunt
opera in peccato mortali facta fore satisfactoria, alia nunquam
fore satisfactoria apud Bellarm. l. 4. de pœn. c. 13. §. ult.
mox ajunt, ejusmodi satisfactionis excogitata opera esse præ-
cepta, mox esse non præcepta, apud Bellarm. l. 4. de pœ-
nit. c. 4. §. sed facile seq. c. 6. §. Jam verò c. 8. §.
Tertium c. 15. §. utinam. 10. Sic etiam distinguunt inter
satisfactionem plenam & semiplenam, ut Altonstaig, illa
cum

cum merito Christi, hæc sine merito Christi conditionata,
sic statuunt satisfactionem pro peccato veniali & mortali ut
Vasquez, pro veniali hominem satisfacere posse in
gratia constitutum amoto Christo, ut non indigeat favo-
re condonantis, sed ex sui natura delcatur, pro mortali,
adveniente Christo; alij ut Bellarminus, Salmero &c. ha-
rum distinctionum nullam injiciunt mentionem. 11. Quidam
ajunt hominum satisfactiones nullam omnino habere valorem,
nisi conjungantur per fidem merito Christi ut Scotus in 4.
sent. dist. 16. q. 2. h. m. necessum esse, ut concurrat meritum
passionis Mediatoris, quia Deus decreverit non suscipere
aliquod opus, vel tolerantiam, tanquam satisfactio-
nem æquivalentem, nisi quatenus conjungatur per fidem
passioni satisfactoriæ Mediatoris: alij asserunt satisfactio-
nes valere etiam merito Christi secluso ut Tartareus in
4. dist. 15, q. 1. 12. Multi Pontificij in super in Meritum
Christi sans blasphemii, quando ajunt, Christum pro pecca-
tis nostris eorumq; peccatis non satisfacisse perfecte, sed
tantum pro originali, pro actualib⁹ nobis satisfaciendum esse.
Vt Ambros. Catharin. Archiepiscopus Compsanus in pro-
lixo Volumine de incremento sacrificio. N. Test. Vitus
Mileus in lib. discussionum, Gregor. de Valentia l. 2.
de missa c. 2. imò Christi satisfactionem non mereri no-
men satisfactionis, ut Tapperus in art. de satisf. p. 241.
Sic etiam Mariam Christi adjutricem in opere redemptionis
fuisse attestatur Mariale anno 1493. Argentinz editum.
l. 1. c. 5. ex Esaiæ 63. &c. Antidotar. Animæ fol. 119.
Vincencius Brunius in Meditat. Fector. B. Virginis, & illi
omnes, consentientes qui Gen. 3. ipsa conteret caput tu-
um exponunt & exprimunt ad normam Latinæ & Vul-
gatz Versionis. Adcoq; Satisfactionem Christi non fuisse
simpliciter necessariam statuentes, Vt Thomas part. 3. quaest.
46 art. 3. Biel. 3. sent. dist. 20, quaest. 11. Præter quas dissen-
siones

*iones plerasq; ex Bellarmino Collectas, etiam alias esse constabit
extom. 3. L. Com. Gerhardi in loco de pœnitentia §. 122.*

4. Ex quibus *inconstantia* Doctorum Pontificiorum in articulo hoc evidenter elucescit, nobisque verior^{em} indagandæ Orthodoxias materiam præbet, cui affixi & intenti *Controversiæ & quæstionis statum* ponimus sequenti modo:

1. *Non queritur* de Satisfactionibus Alienis, quæ sunt ex meritis Sanctorum, quas aliàs *Indulgentias* vocant, seu *Thesaurum Ecclesiæ* & à Gregorio de Valentia ita describitur, cum tanquam aliorum Ecclesiæ membrorum satisfactionem aliis ejusdem membris prodesse posse; non tantum cum unum membrum speciali & propria intentione satisfactionem suam alteri membro vult applicare; sed etiam cum ij, qui profunt in ipsa Ecclesiæ communitate, eam applicationem faciunt tanquam distribuentes singulis, bonum quoddam Ecclesiæ, in acceptatione Dei, velut communem quandam thesaurum repositum. in lib. de Indulgent: in 4. Tom. Comment. in Thom. quæst. 20. & pluribus in libris de Indulgent. duobus exaggerat, Bellar. tum Alphons. à Castro adv. hæres. l. 3. tit. Indulg. cum Pontificiorum aliorum cohorte immensa.

2. *Nec queritur* de Satisfactione coram hominibus, conficiente ipso Bellarm. l. 4. de pœn. c. l. §. ita satisfactio seq. illa enim justa esse potest & debet.

3. *Nec queritur* de Nova Obedientia, quâ tenetur quisq; fidei fructus exhibere & alijs charitatem debitam & sufficientem commendare juxta art. 6. Aug. Conf.

4. *Nec queritur* de Bonis operibus largiendis, & in commodum proximi & sui ipsius conferentis collocandis, ad ea enim Aug. Confess. art. 20. sedulo commonefacit.

5. *Nec queritur*: An post lapsum Baptismi homo in integrum non possit restitui, nisi per poenitentiam & Satisfactionem, ut hæc sit prima post naufragium tabula? ut loquitur Concil. Trid. sess. 14. can. 2. Bellarm. 1. 1. de pœn. c. 12. & seqq.

6. *Nec queritur* De satisfactionibus in statu post hanc vitam, quæ debeant esse in purgatorio; quarum ut nullæ sunt, sic immeritò à Papæ ejusmodi asseruntur.

7. *Nec queritur de cruce & afflictionibus à Deo impostis*, patienter tolerandis, sicut hæc & alia Apologia Augustanz Confess. de satisfactione sedulò inculcat, quæ non sunt poenæ pro certis factis preteritis, sed sunt opera Dei destinata ad nostram utilitatem & ut potentia Dei fiat conspectior in infirmitate nostra, mihi à p. 195.

Sed queritur: An homo peccator post Baptismum, per poenitentiam & absolutionem à culpa & poenâ æternâ liberatus, ex applicata satisfactione Christi in gratiam constitutus possit per opera laboriosa, vel sponte assumpta, vel à Sacerdote imposta per jejunium, cilicia, cineres, flagellationes, Carenam, Quadragenam, Septenam, & secundum Canones poenitentiales in Jure Canonico parti tertiæ decreti annexos per Eleemosynas & opera Misericordiz, per preces, laudes, gratiarum actiones actus contritionis & Confessionis &c. quoad certam eorum mensuram & numerum verè & propriè satisfacere Deo pro poenâ temporali & ex condigno, quando ista opera proveniant ex Spiritu S. inhabitante, ut divina & Deo placita interveniat acceptatio? *vel brevius*. An post remissam culpam maneat debitum luendæ poenæ, quod per opera bona possit redimi & quidem laboriosa, vel sponte assumpta ac suscepta, vel à Sacerdote imposta, quibus justitiæ Dei pro reatu poenæ temporalis Domino satisfiat, ut ista opera sint

sint dicenda propriè satisfactoria & nos dicamur verè propriè ac ad æqualitatem Deo satisfacere? Hunc statum Bellarminus l. 4. d. pœn. c. 1. §. Restat igitur &c. in quinq; quæstionibus distinctis separatim proposuit: nos verò compendiosi modo in unam contraximus formulam, quam argumentis sequentibus negamus.

I. Quia magnoperè impingit in articulum de REMISSIONE PECCATORVM.

1. Remissio a peccatorum per Christum facta talis est, ut sit perfecta, quæ ab omnibus pœnis liberet. Cum enim Pontificii Baptismo plenariam peccatorum remissionem & abolitionem quoad culpam & pœnam attribuant. Videatur Bellarm. l. 1. de Sacram. Baptismi c. 12. 13. Cur ergò eà perfectio & plenitudo Christo tanquam causæ meritoriz ascribi non deberet? Is enim liberavit nos à maledictio legis Gal. 3. 13. Maledictionem verò hanc pœnam esse, nemo ambigit, quia Deut. 21. 7. ult. ille Maledictus dicitur, qui pendet in ligno, per quam suspensionem pœna utiq; indicari debuit. Æternam verò esse Maledictum legis pœnam, ipsi Pontificii non negant, siquidem Christus pro nobis mortuus est, ut nos ab æterna maledictione redimeret. Videatur Bellarm. l. 2. de Indulgent. c. 10. §. Ac primum. Temporalem etiam pœnam esse legis maledictionem Deut. 28. 16. seqq. indicatur. Quibus omnibus ex una consummatione, quæ in sempiternum Consummarit Sanctificatos, Heb. 10. v. 14. 18. c. 9. v. 12. 28. c. 10. v. 1. 2. 10. 11. verè per Christum liberati sumus:

2. Remissio peccatorum ita fit, ut Deus peccatorum post remissionem plane & non amplius recordetur El. 43. v. 24. seq. Jer. 31. v. 33. seq. Ezech. 18. v. 21. seq. Heb. 10. v. 16. seq. c. 5. v. 10. seq. quæ dicta in Vet. Test. Anselmus, & in N. Test. citata Iustinianus Iesuita de Supplicio & pœnis exposuerunt expressissimè.

3. Articulus de Remissione peccatorum requirit nullas satisfactiones humanas, quia est omnimodò gratuita sicuti El. 43. 24. seq. extat, super quem locum Procopius ait: Sacrificium ergò Vos non purgat, sed ego solus, qui peccata remitto gratis & per gratiam. Iustificati enim sumus non ex operibus Iustitiæ, quæ fecerimus nos, sed per multam misericordiam ejus, Sic Rom. 3.

24. Rom. 4. 5. Rom. 11. v. 6. quod & ipsi etiam Pontificii negare nequeunt, Videatur Salmero disp. 35. in Epist. ad Roman. Iustinian. super Rom. c. 11. Bernard. in Cant. serm. 67. Quod ergo gratis sit, per opera laboriosa acquiri non debet, ne fiat id inconvenienti divini & gratiosæ Dei bonitati.

4. *Exempla remissorum à Christo peccatorum nullas pro pena satisfactiones demonstrant.* Ut sunt Matth. 9. 2. Luc. 13. 43. Ioh. 8. 11. Luc. 7. 47. Luc. 18. v. 14. quocirca ex Propriis Pontificiorum impositionibus proficiantur necesse est, siquidem nullæ Pontificiæ Satisfactionis mentio in Sacris literis adjecta inveniat.

II. *Quia magnoperè impingit in articulum de Satisfactione & Merito Christi.*

Quum enim ille apparuit, ut peccata nostra tolleret, factus est peccatum ut nos essimus iustitia, venit in mundum ut salvaret peccatores, & propterea subiectus est legi & factus est obediens usq; ad mortem crucis, prædicavit pacem his qui prope, & longè sunt, est conciliator Novi Testamenti, obtulit seipsum per spiritum æternum ut agnus immaculatus, implevit legem pro nobis, redemit nos ab execratione legis, delevit, quod adversus nos esset chirographum, quod erat contrarium nobis per decreta, idq; sustulit è medio & cruci affixit. Per carnem suam legem mandatorum in decretis sitam abrogavit, & reconciliavit ambos scil. Judæos & Græcos per crucem, peremta inimicitia per eam, paravit nobis libertatem à maledicto legis Moralis & lege Mosaica, ut in Christo Jesu neq; circumcisio quicquam valeat neq; propitium, neq; iudicandi simus in cibo, & potu, aut in parte diei festi, aut novilunii, aut Sabbathorum; quia cessarunt oblationes, Præterea factus est nobis à Deo Sapientia, iustitia, Sanctificatio & Redemptio, quem Deus proposuit reconciliatorem interveniente ipsius sanguine, ut sit Propitiatio pro peccatis nostris, & non nostris tantum sed pro totius mundi peccatis. Perduxit nos in gratiam, emit nos precio, pretioso sanguine nos redemit, dedit seipsum pro peccatis nostris, ut eriperet nos ex præfenti seculo malo, Sanguine suo paravit nobis redemptionem & remissionem peccatorum, Tradidit semetipsum pro nobis obla-

oblationem & victimam Deo in odorem bonæ fragrantia, de-
dit semetipsum pro nobis, ut redimeret nos ab omni iniquita-
te, semel oblatum est, ut multorum peccata tolleret, per cujus
oblationem semel peractam sanctificamur, siquidem per pro-
prium sanguinem sanctificavit populum suum, liberavit nos ab
irâ ventura, peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super li-
gnum, quo peccatis mortui iustitiæ viveremus & ipsius vice sa-
nati essemus, ejus sanguis tanquam sanguis Filii Dei emundat
nos ab omni peccato, semel pro peccatis Passus fuit justus pro
injustis, ut nos D E O adduceret. Unde per sanguinem Crucis
ipsum omnia pacificata sunt, sive quæ in terra sunt, sive quæ
in cœlis, & talia ipsi attribuuntur nomina, quod sit Mediator
DEI & hominum, Redemptor, *λύτρον, ἀντίλυτρον ἰλασμοῦ ἰλα-
σίου* &c. Quis hæc Spiritus S. effata non tam de pœnis peccati,
quam ipsis peccatis, exponeret & intelligeret, cum maledictio legis,
nihil aliud est quam pœna peccati? Sic quoque dominium Sathanæ, ira
Dei, mors, infernus & æterna damnatio sunt nihil aliud quam
pœnæ peccati, ab iis verò per Christum sumus liberati; Sequi-
tur ergò necessariò nos per Christum tam de peccatorum pœ-
nis, quam ipsis peccatis & culpis liberatos esse: Confer & in-
terpretes ita exponentes præcipuè in 2. ad Cor. 5. 21. Chrysost. Theo-
phyl. Oecumen. imò ipsum Thomam, Caletan. Salmeron.

III. Quia expressis Sacrae Scripturae verbis & analogia consequen-
tiarum exinde desumptæ reclamationat; uti est Esa. 53. 5. super quem
locum Hieronymum si conferamus ut & Cyrillum, Procopium, uti &
Athanasium de passione & cruce, sic & de incarnatione Verbi
Dei contra Gentes, Jovanum laborabit Bellarminus cum explica-
tione sua infirmâ quam lib. 4. de Christo, c. 8. à §. primum
argumentum & seq. tradit. Insuper ratio dicitur; Nullam pœ-
nam esse ubi nulla sit Condemnatio; videre id ipsum licet exemplo
Christi Marc. 14. 64. Matth. 27. 3. quando fuit morti condem-
natus, ubi pœnæ est adjudicatus, similiter ubi morti non est ad-
judicata, ubi nec pœnæ condemnata est adultera Joh. 8. Ita
etiam nullam esse pœnam nec condemnationem iis, qui sunt
in Christo Jesu testatur Paulus Rom. 8. 1. confirmantibus ipsis Pon-
tificiis super illum locum Salmerone, Thoma, Dominico à Soto, qui &
de cul-